coniungentes. Poſtea ijs Orientaliores Anieſes iuxta Iaxartem quidem. Cirrodees autem iuxta Oxum, & inter Caucaſum mõtem & Imaum eſt regio nomine Vandabanda.

Montanæ autem ciuitates Sogdianorum ſunt iuxta Iaxartum

Cyreſchata 124 :43 40

Iuxta Oxum autem

* Oxiana 117 10:44 40
* Maruca 117 15:43 20
Cholbeſina 120 40:43 15

Inter hæc aũt & ſuperiores partes flu.

Tribactra 112 15:45 30
Alexandria Oxiana 113 :44 40
Indicomordana 115 :44 40
* Drepſa Metropolis *Panda Plinio & Solino, Darapſa Straboni.* 120 :45 0
* Alexandria ultima 122 :41 0

SACARVM SITVS. Cap. XIII.

Tabula ſeptima Aſiæ.

SAcæ terminantur ab occaſu, Sogdianis iuxta expoſitum orientale ipſorũ latus.

Nomades dicti, qui ſoliti uicinos deprædari, à Perſis poſtea ſunt funditus deleti.

A Septẽtrionibus Scythia, iuxta æque diſtantem lineam, quę à cõuerſione Iaxarti amnis educitur, uſq; finem, cuius ſitus habet gradus 130 :49 0

Ab oriẽte uerò ſimiliter Scythia, iuxta lineas inde productas per reliquũ montis, qui Aſcatãcas dicitur, uſq; receptaculum eorũ, qui ad Seras negocij cauſa proficiſcũtur, penes Imaũ montem, cuius gradus ſunt 140 :43 0

Imaus, accolarum lingua niuoſus dicitur. Plinius libro 6.

Et per montem Imaum ad Septentriones uergit, uſq; finem, qui gradus habet 145 :35 0

A meridie autem ipſo Imao monte, iuxta lineam expoſitos coniungentem. Sacarum regio Nomadum eſt, ciuitates autem non habent: Nemora autem & ſpeluncas habitant. Inter Sacas eſt etiam dicta regio Comedorum montana, cuius aſcenſus à Sogdianis gradus habet 125 :43 0

Quæ autẽ iuxta uallem Comedorum ſunt gradus habent 130 :39 0

Et turris quæ lapidea dicit̃ gradus habet 135 :43 0

Appellantur autem ij qui iuxta Iaxartum ſunt Caratæ & Comari. Qui uerò ſupra totam mõtanam ſunt regionem Comedæ. Qui uerò iuxta Aſcatãcam Maſſagetæ. Qui uerò interiacent Grynæi Scythæ & Toornæ. Sub quibus iuxta Imaum montem Byltæ.

SCYTHIAE INTRA MONTEM Imaum ſitus. Cap. XIIII.

Tabula ſeptima Aſiæ.

SCythia intra Imaũ montem terminat̃ ab occaſu Sarmatia Aſiatica, ſecũdum latus expoſitum. A Septentrionibus terra incognita.

Scythas omnes, Plinio & Herodoto teſtibus, Perſæ uocant Sacas.

Regnum Chatay magni Cham Tartarorum has Scythias comprehendit, cuius ciuitas Gambaleſchia à Nicolao Veneto duo de triginta millia paſſuum circuitus habere fertur. Sabellicus Cathaium ponit inter Gedroſiam & Indum.

Ab oriente uerò Imao mõte ad Septentrionem uergente, ſecundum meridianam fermè lineam, quæ à prædicto eſt receptaculo uſq; ad terram incognitã. A meridie, ac etiam oriente, Sacis quidem, & Sogdiana, & Margiana iuxta ipſorum expoſitas lineas uſq; ad oſtia Oxi amnis in Hyrcanum mare exeuntis, ac inde etiam parte Hyrcani maris, ad Rha uſq; amnem, ſecundum talem deſcriptionem.

Poſt Rha flu. oſtia, quę continent gradus 87 30:48 50

Cõuerſio uerò ipſius, in qua & Sarmatiæ & Scythiæ eſt limes 85 :54 0

Rhymni flu. oſtia 91 :48 15
Daicis flu. oſtia 94 :48 15

Iaxarti